Fragmentarium

septimo rege tarquino. Quo
expulso etiam ipsi a regum
dominatione liberi esse ceperunt.
Usque ad hoc tempus prophetas ha
buit populus israel. Qui cum mul
ti fuerint paucorum et apud
iudeos et apud nos canoni
ca scripta retinentur. De quibus
aliqua positurum me esse pro
misi in hoc libro cum claude
rem superiorem quod iam modo
esse faciendum. Tempora igitur
eorum ut possimus adverte
re in anteriora paululum
recurramus. C. xxviii.

In capite libri osee
prophete qui primus in duo
decim ponitur scriptum est. Verbum
domini quod factum est ad osee in di
ebus ozie et ioatham et a
chaz et ezechie regum iuda.
Amos quoque ozie regis pro
phetasse se scribit addit etiam
roboam regem israel qui per
eosdem dies fuit. Nec non
ysayas filius amos sive su
pradicti prophete sive quod ma
gis perhibetur alterius qui
non propheta eodem nomine
vocabatur eosdem reges
quattuor quos posuit osee
in capite libri ponit sui
quorum diebus se prophetasse pre
loquitur. Micheas etiam
eadem sue prophetie commemo
rat tempora post dies ozie.
Nam tres qui sequuntur re
ges nominat quos et osee
nominavit ioatham et a
chaz et ezechiam. Hii sunt

quos eodem tempore simul
ex eorum litteris inveni
adiungitur ionas eo
regnante et iohel cum
gnaret ioatham qui suc
sit ozie. Sed istorum prophetarum
duorum tempora in cronicis non
in eorum libris invenire po
tuimus quoniam de suis diebus
tacentur. Tenduntur autem
hii dies a rege latinorum proca
sive superiore aventino usque
ad regem romulum iam roma
num vel etiam usque ad regni
primordia successoris eius
nume pompilii. Ezechias
quippe rex iuda eo usque re
gnavit. Ac per hoc per ista tempora
isti velut fontes prophetie pariter
eruperunt quando regnum defecit
assyriorum cepitque romanorum
ut scilicet quemadmodum regni as
syriorum primo tempore extitit
abraham cui promissiones
apertissime fierent in eius semine
benedictionis omnium gentium
ita occidentalis babilonis
exordio qua fuerat christus
imperante venturus in quo
implerentur illa promissa ora
cula prophetarum non solum
loquentium verum etiam scribe
ntium in tante rei future testi
monium solverentur. Cum enim
prophete numquam fere defuis
sent populo israel ex quo ibi
reges esse ceperunt in usum
tantummodo eorum fuere non
gentium. Quando autem ista scriptura
manifestius prophetica condebatur

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.24, 7r – Augustinus, De civitate Dei
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-xfjo/5308/50442)